



**Erasmi a Chokier Tractatus absolutissimus de  
iurisdictione ordinarii in exemptos, deque illorum  
exemptione ab ordinaria iurisdictione**

Mvltis Pontificvm Decretis, Et SS. Congregationis ... Cardinalium  
Declarationibus illustratus ; omnibus in iudicio Civili & foro Ecclesiastico  
versantibus perquam utilis ac necessarius ; in duos tomos ab ipso Auctore  
distinctus

**Chokier, Érasme de**

**Coloniae Agrippinae, 1684**

3. In impetratione rescripti contra exemptum, an facienda sit mentio exemptionis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61886](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61886)

Jure suo ordinario & proprio, non autem extendendum est ad ea quae Episcopus potest jure delegationis, aut aliquo alio jure speciali, *Jo. de Selve trad. de Beneficio part. 3. quest. 66. n. 9. 10. & seqq. allegat. Innocent. Clem. cum ex eo de sentent. excommunic. Ideo eodem loco eodem concludit, quod legatus beneficia conferre non possit quae ad Episcopi collationem spectant jure speciali sive delegato, cum isto in casu major & excellentior sit ipso Legato per cap. studuisti de offic. leg. cap. sane de offic. deleg. glo. Clem. si de beneficio verbo si ad nos in fine de prebendis.*

Ab eadem profertur ratione emanant quae alibi fuisse traduntur, utrum capitulum sede vacante succedat Episcopo in jurisdictione à jure vel ab homine delegata, id quod nos alibi attigimus, satis sit lectori locum indigetasse, videatur *Jo. Francisc. tract. de potest. cap. sede vacante par. 1. quest. 7. & 10. v. infra lib. 4. cap. 24.*

QUESTIO III.

In impetratione rescritti contra Exemptum, an facienda sit mentio Exemptionis.

SUMMARIUM.

- |  |  |
|--|--|
| 1. In impetratione rescritti narrandum privilegium.      | 7. Opinio negativa.                                    |
| 2. Rescriptum vitiatum silentio qualitatis.              | 8. Praxis lucerna juris.                               |
| 3. Gratia secunda facere debet mentionem Prioris.        | 9. Stylus habet vim legis.                             |
| 4. Narranda omnia quae Principem movere possent.         | 10. De stylo narranda est Exemptio.                    |
| 5. Papa difficiliter contra Exemptos delegat ordinarium. | 11. Etiam si rescriptum haberet clausulas universales. |
| 6. Rescriptum tacito privilegio fori non                 | 12. Generali sermone non comprehenduntur Exempti.      |
|  | 13. Quid si narretur Exemptus, qui non est.            |

Hæc questio, dubio scribentium Marte à Doctoribus tractatur: pro illius autem affirmativa sunt variae rationes. Imprimis enim in impetratione rescritti exprimenda est & narranda conditio personae privilegiatae, contra quam rescriptum impetratur, v.g. quod sit persona privilegiata, miserabilis, scholaris, Doctor &c. alioquin enim vitio surreptionis laboraret. *arg. l. i. ff. de Natalib. restituend. Rebuff. irac. de privilegiis scholarium ubi late de hoc privul. 91. & in praxi beneficiorum part. 1. ut. differentia inter rescripta gratia & instituta num. 6. Felin. & DD. cap. 1. cap.*



1. *a. cum ordinem ca. ad audientiam de rescriptis Menochius de arbitr. iudicium lib. 2. c. 20. 3. casu 202. n. 39. Anton. de Tremolis addit. ad praxim; Uberti de Bonacursio tit. de exceptionib. contra rescripta §. inuisibilia vero doctrina in verb. tacendi fraude Innocent. cap. significantibus de offic. delegati. Socin. cons. 164. visa Bulla col. 1. vol. 2. Ratio est, quia rescriptum non vitiosum taciturnitate facti, sed etiam silentio alicujus qualitatis, tex. cum glo. cap. dilectus filius 1. ubi Fel. n. 10. de rescrip. Card. cons. 141. col. 5. Virtus de Bonacursio in d. glossa.*
2. Unde dicit allegatus Tremolis, gratiam factam super homici dio secundo, non facta mentione gratiae obtentae super primo, non valere, *Guilelm. Cugn. l. 3. C. de Episc. audient. Jason. l. prescriptione in fin. C. si contra jus vel utilit. publicam.*
3. Quippe quod ea omnia debeant exprimi quae principem ad aliter atque aliter, seu hoc aut alio modo rescribendum movere possent, *cap. constituimus. cap. super lueris. cap. postulati. cap. in nostra. ubi late Abb. Fel. & DD. de rescript. latissime. Menoch. de arbitr. iudic. cent. 3. casu 20. per tot. composell. d. ca. dilectus post medium. Quod certe praecipua quadam ratione viget in impetratione rescriptorum adversus Exemptos. Et enim non facta mentione Exemptionis, Pontifex posset alicui causam delegare, cui alioquin non delegaret, ac ut utar verbis Felini, Quia Papa difficilius daret contra Exemptos magis unum iudicem, quam alium, praesertim ordinarium, cui sunt exosi. Fel. cap. cum ordinem n. 7. vers. considera 3. de Rescript. Item cap. 1. nu. 14. vers. tertio Restringe eod. tit. Hostiensis. fo. Andr. Butrio. Abbas Imola cap. ex parte 1. de privilegiis.*
4. Confirmatur à simili, quia rescriptum contra privilegium fori, eo tacito, non valet. Ideoque rescriptum in materia feudali, aut contra scholarem, non expressa istius mentione, non subsistit, habent enim & feudum & scholares quemadmodum & Exempti, speciales suos iudices, quod exprimi debet in rescripto. *Bald. d. cap. cum ordinem ubi Fel. & DD. Rebuff. d. privileg. 91.*
5. E contra verò, sunt qui argumentantur, non opus esse Exemptionis facere mentionem, nempe quod in rescripto contra privilegiatum impetrato necesse semper non sit de privilegio meminisse. *DD. late cap. cum ordinem Innocent. & DD. cap. constitutus eod. Potissimum verò, quod cum demum rescriptum censeatur surreptitium, cum tacetur verum, quod iura in rescripto impetratione volunt exprimi. Navarr. cons. num. 5. de cons. cons. unico num. 4. & 5. de feudis cons. 9. de consang. & affin. cons. 20. num. 3. de Clericis non rescri. cuius speciei non est qualitas Exemptionis: erubescimus enim sine lege vel auctoritate loqui. l. illam in fine C. de collat. quam quidem opinionem Abbas, Fel. Imol. Butrio, & DD. haecenus allegati in iure fundatiorem esse censuerunt. Veruntamen, postposita illa, non est recedendum à priore, quam praxis quae est lucerna juris. Rebuffus in l. iuris in principio ff. de verborum significationib. & longaevis Curiae Romanae stylus, qui vim legis obtinet. cap. ex literis de cons. cap. quam gravi de crimine falsi. fo. Siaphileus de commissionib. & lueris iustitia §. dicendum.*



est n. 66. vol. tra. 14. fol. 41. Præses loco à stylo. Ita referente Abbate, Felin. & aliis confirmarunt. Abb. d. cap. ex parte 1. n. 5. de privileg. Fel. d. cap. 1. num. 14. vers. tertio restringe d. cap. cum ordinem num. 7. Heftiensis lo. And. Imol. Butr. supra citati. Caldeus cap. cum ordinem in fin. de Rescript. Stylo enim Rom. curiæ iniquiunt præfati DD, taciturnitas exemptionis rescriptum officeret atque vitaret.

Ampliatur, etiam si rescriptum contineret, quod vocare posset omnes & quoscunque debitores suos, nam dictiones illæ universales non extenduntur ad debitores exemptos, qui vigore ejusmodi generalis rescripti vocari non poterint coram ordinario. Angel. l. fin. C. sine censu vel reliquis. Bald. l. legatorem §. qui plures ff. de leg. 2.

Ratio est, quia locutione generali, quando vertitur aliquod præjudicium exemptionis, non comprehenduntur exempti. glo. l. de curionib. C. de silentiis lib. 12. Barth. l. sed. & posteriores ff. de legib. dicitur supra li. 1. quæst. 5. n. 13. 4. Quid autem è contra, an rescriptum judicandum sit surreptitium, si in eo exemptus narretur qui non est? Respondeo cum Navarrio negative conf. s. per tot. de rescript. quia ejusmodi narrativa enunciatio causa concessionis non est. Navarr. d. n. 8. Regulariterque rescriptum non vitiat, continens causas partim falsas, partim veras, dummodo eæ veræ sint, in quibus Papa se principaliter fundat. Rom. conf. 369. Lapis alleg. 2. 4. glo. cap. 2. inter cetera cap. olim de rescript.

QVÆSTIO IV.

Exemptus an conveniri possit ex l. diffamari. C. de Ingeniis & Manumiss. coram ordinario?

SUMMARIUM.

- |  |   |
|--|---|
| 1. Quidam putaverunt exemptum conveniendum ex l. diffamari coram iudice suo, non vero coram ordinario. | ponere coram suo iudice.                                    |
| 2. Ratio eorum est, quia agens ex l. diffamari est actor.  | 9. Debitor agit coram suo iudice contra creditorem.         |
| 3. 23. Opinio putantium exemptum conveniri posse coram ordinario, est verior.                          | 10. Idem in examinandis testibus ad perpetuam rei memoriam. |
| 4. 24. Laicus contra clericum ex l. diffamari agit coram iudice laico.                                 | 11. Idem est iudex preparantis & preparati.                 |
| 7. Diffamatus dicitur agere simulate & coacte.   | 12. Iudex petentis absolutionem à juramento adendum.        |
| 8. 16. Exceptionem habens potest eam proponere coram suo iudice agit contra maritum.                   | 13. Uxor coram suo iudice agit contra maritum.              |
|  | 14. Idem disponitur in fideiussoribus.                      |
|  | 15. Idem.   |